

Antiqvae Lectionis Tomus ...

Bipartitvs, In Qvo L. Vetera Monvmenta, Nvnqvam Visa, Pavclis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

9. Anonymus de S. Adalberto Pragensi Episcopo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](#)

De
S. ADALBERTO
PRAGENSI EPISCOPO

ET

MARTYRE, supbA

Ottoni III. Imperatori

PER QVAM FAMILIARI,

PRVSORVM,

BOEMORVM,

POLONORVM, &

Hungarorum

Apostolo.

Auctor æquævius.

Nunc primum in lucem editus ex membra-
nis m. s. Monasterii Windbergensis in
Bavaria in finibus
Boemiae.

Tt

MAR-

N.J.S.J.
b3
SIV
27

Martyrologium Rom. 23. April.

N Prusia Natalis S. Adalberti, Pra-
gensis Episcopi & Martyris, qui Polonii
& Hungarum Euangelium predicauit.

Ad quæ Baronius notat.

De eodem hac die agitur apud Bedam &
Adonē. Habet eius res gestas Sur. tom. 2. Alias
ab his diversas legimus in cod. m. s. Monasterii
S. Cæcilia Træstiber. quarum est exordium: Est
locus, &c. (Et sunt hæc ipsa acta quæ hic damus)
Plura de eodē in Breuiario Polono. in epistola
Petri Damiani de renunciando Episcop. De
eodē in Actis S. Stephanus regis Hungarie. Si-
gebert. in Chron. an. 994. Aeneas Silv. hist. Bo-
em. c. 16. Item Chron. vet. Polon. & nouissimè
Mart. Chrom. de reb. Polon. hb. 3. qui cū Mar-
tyrio occubuisse refert an. Dom. 997. Dies træ-
lationis eius agitur tertio decimo Kal. Nouemb.
cuius etiam rei gestæ historiæ sub Othono Imp.
legi in vet. m. s. ubi agitur etiam de trælatione
sanctorum Abundii & Abundantii. Hæc Baron.

-RAM

Fit

339

Fit mentio S. Adalberti in disputatione cum Roky-
zana coram Gyrzicon rege Bohemiæ, quam tomo 3. An-
tiq. Let. edidimus. fol. 475.

Plurima de S. Adalberto Dubranus lib. 6. hist. Bohem.
initio.

Laudat & citat hæc quæ hic damus Acta S. Adalberti
Baroniūs tom. 10. anno 983. nu. 20. & 22. & alibi.

Auctorem hunc S. Adalberto æquævum fuisse hæc
probant. Ait cap. 16. Qui modò regnat tertius, & Deo inuante,
maximus Otto. Et cap. 7. quia secularis Philosophia scientissi-
mus erat, nonimus omnes. Cap. 19. dum de Nilo Græco-
rum Abbatे non longè à Cassino, hæc habet: Qui & usque
bodie ita amore Christi fermentem, non meminit se vidisse aliquem
inuenem. Cùm verò paulo ante eodem cap. de istudem mo-
nachis ait; Hi verò omnes propriis manibus vultum quarentes,
secundum regulam sancti Patrii nostri Basili, celestibus vestigiis
innituntur; an fuit monachus Ordinis S. Basili?

Sed cap. 35. itidem; Confessoris nostri & Patria Bene-
dicti.

Cap. 24. Ioannin filiam, qui nunc verbū prefellus esse digne-
scitur.

Cap. 28. Dicunt autem Abba & fratres eius de
eo &c.

Cap. 42. De Ioannis Canaparii visione. ut adhuc hodie
ministratur.

T 1 2 VI-



VITA VEL PASSIO SANCTI
Adalberti Epifcopi & Mar-
tyris Christi.

Let Boii in medio sal-
tu ad Albu fantes, loco aperto, u-
beres a-
gros, man-
juro Boio-
heminomine tenuere, inquit nobilissimus M., Vel eternis libro 2. rerum Boicarum, initio, quem
wide,

Z. Igitur in illis finibus, vbi CHRISTIANITATIS religio pulcherfi-
ma floruit, erat vir b ZLAVNICVS nomine potens in honore & diui-
tuis, amore iustitiae, ac operibus misericordiae perrarus ciuis, vir magnus
in m. s. p. e-
nè erafe-
erant, à
manu, que
nomen corrigerem voluit. Nomen & dignitas apud Dubrauium quilibet & his tor. Bohem. hec.
Slaonius, Libicensis Comes (sic enim qui vicariam Principatus dictio nem regio nam per
arcas, vel oppida admissi strabant, tunc appellabantur, ut nunc quoque apud Hungaros, Co-
mites vocantur, & apud Polonus Palatinus) fuisse suum Voyischium, egregia indebet inuenient,
quem in ultime Celare mysterie delinatae, mutata sententia, Magdeburgum misit, ut ibi hec-
dem instituta & praecipua, in eodem quo Dethmarus cænobio ediditus erat, imbuere cur.

CAP. Du-
brauium,
ib. in mar-
gine voca-
tur Streſi-
lans, quā
auctor fa-
miliaris
ap. Sur. 21,
¶pr. aut suffit ex genere Sclauorum nobilissimo.

Hic accepit ex viuorem dignam generis sui, & ipsam honestis mo-
ribus plenam, quæ audiendo verba vitae plus sitiuuit, eademque opera-
do famem non expeluit, nec delectabatur matronarum pompis, nec
auro lapidibusque preciosis, pro minimo ducess quæ stulti maxima
putant. Sancta erat moribus, sancta sermonibus, fortis, ut dicunt in
iciunio, familiaris Deo in oratione, mater lugenti pupillo, peregrino
& vidua gratissima soror.

Pre

Pro his ergo & his similibus, quas ambo egerant virtutibus honorauerunt eos nobiles, & diuites, & coluerunt, maximè pauperum turba.

Itaq; cum tam prænibili coniugio sancta proles merito fo-
ret nascitura, inter magnanimos juuenes, quos procreauerant, natus est illis puer speciosior cunctis, cui post in sacri BAPTISMATIS laua-

d Voicech⁸
sonat exer-
lib. 6. hist. Baena initia) Vbi Magdeburgensis Presulu nomine Adalbertum, quem primum o-
mnium Otto Cesar Metropolitam ibi instituit, virum d. commendatus est, solenni more eum in
religione Christiana confirmat, & pro Voytichio, nomine sibi signato, Adalbertum eum iao-
nucabulo appellat, sicq; deinceps nominatus est.

Iste quantum esset futurus cum ignoratum fuerit, parentes pe-
rserunt formæ eius, & præ nimia pulchritudine, quam habuit, de-
tinauerunt eum seculo. Quidquid autem pius error, vel mala re-
nia parentum in hoc deliquit, mox culpæ proditor cœlestis iræ gladi-
us correxit. Cerneret namque infantuli corpusculum subita magni-
tudine excuisse, & præ nimia inflatione ventrem toto corpore ma-
iore. Sic in horas dolore maiore addito, periculum mortis immi-
nere coepit.

Turbantur parentes, decurrent vbertim lachrymæ patris, &
curuis vnguis lacerat ora pallida nutrix, stant moesti fratres, sequit
dolor inter viscera matris. nec vox, nec animus, nec color certa sede
manent.

Tandem sub ipsa morte confugiunt ad pluim & misericordiam
DOMINVM, & qua pro hominum necessitate plus omnibus Sanctis
succurrere solet, MATREM DOMINI appellant. Inde veniunt ad tem-
plum cum magna humilitate ac deiectione cordis, ponentesque pue-
rum supra ALTARE SANCTÆ MARIE, votum placabile voverunt eum
Domino.

His ita factis auersa est indignatio Dei, & extenuato ventre, pu-
er pristinæ redditur pulchritudini. Parentes vero qui causa huius ma-
lierant, penitentia ducti, glorificauerunt Dominum, qui pro meli-
oratione hominum iræ sua flagella disponere nouit.

Puer autem proficiens etate & sapientia, vbi tempus erat, CHRI-
STIANIS imbuitus literis; nec egredius est domum patris, donec me-
moriter didicit PSALTERIVM. Proinde pro discendis liberalibus stu-
diis

Magdeburg.

diis misit cum pater ad ARCHIEPISCOPVM ADALBERTVM, qui ab eo quod verbis docuit, moribus & vita nusquam recessit. Praerat autem idē sacræ vrbi, quæ latine VIRGINVM civitas, græcè PARTHENOPOLIS vocatur, vrbs quondam nota populis, & vna ex magnis vrbibus, dum primus ORTUS sceptra regalia rexit, nunc autem pro peccatis semiruta domus, & malefida flatio nautis.

^{3.} ^{Author}
ap. Sur. 23.
ap. dubiè;
Atheneum, 4*ii* O.
thricum
vocans.

Ipsò tempore erat Magister scholarum & OHTRICVS quidam Philosophus, sub quo turba iuuenium & liberorum copia multa nimis crecente studio floruerunt. Ergo Archiepiscopus ille, puerum cum magna charitate suscipiens, dat sibi CONFIRMATIONEM SACROSANCTI CHRISMATIS, & suo nomine ADALBERTVM appellans, tradidit scholis.

Aderat sibi discenti Spiritus semper individuus comes, & currunt diuite vena ingenium, ratio, & sensus. Toto autem tempore scholaris studii non emulatus fuerat facientes iniquitatē, non stetit in consilio eorum, quib⁹ erat inutiles actus, & puerilia negotia; sed mox vbi logi⁹ aliquo positus Magister ci locū prebuit, occultis itinerib⁹ ad SS. MARTYRUM domicilia cōfugit, vbi secundū mensurā téporis orationū vota persoluens, sursum ante occutsum magistri loco suo refedit.

Noctibus quoq; vt opus suum bonum ab humanis laudibus occultaret, circuit pauperes, debiles, & cœcos, quibus secundum modum miseriarum amica solamina praefat.

Verum ne à bona operatione in studio cessaret, pater & eius optima mater omnia sufficenter dederunt; quin & magistro suo aurum & argentum, & quæcumq; oculis hominum dignissima erant, offerentes, chari filii doctrinam magno pretio emerunt.

Ille vero indefesso cursu ad omne virtutē exercitium, semetipſu ſep̄ extendens, inter suos collegas pulcherrimus proceſſit. Recesſu magistri quando ceteri inanibus ludis & ioco labore legēdi minuerūt, ille DAVIDICI nectaris mella degustans, spirituali rifu ſe solatur, quādo illi prandētes in angulis scholæ, dulcia obſoniam magistro furantur, ille furtiuas orationes DOMINÆ ſuæ mittens, ANGELICAM dapem ſibi mercatur.

Videamus nunc inter alias virtutes, quas habuit, sancta simplicitatis quam diſtissimus erat. Quadam die dum iret de scholis, unus qui erat focius itineris, prætereuntem pueram humo prostravit, de cauſa huius desuper proiecit; concurrunt scholares, & quidnam foret actuus, cū ingenti cachinno expectant. Ille autem quia vestitam virginem tetigit, O bona futilitas! ſe nupſide veriſſime credidit; inde erigens ſe, de-

se, deū vīsa virgīne, dedit se bēnē simplex puer in amarissimas lāmē-
tatiōes, atq; cōtinuo imbre oculos humectās, Heu me, nupferā inq̄.
& criminis machinatorem dīgito monstrans, Hic me nubere fecit.

Hec & simila his Deo plenus infantulus iam tunc agendo, mul-
torū oculos in se defixit, mirantium eius acta & dicentium, Benedicēs
benedixit hunc puerum Deus, qui infra limina pueritiae adhuc pos-
tus, ad optimā quæq; sic arduus surgit. O ter quaterq; beatus, si hæc
humunitatis studia tota devotione adimpluerit, & arrepti operis
cursus congruo exitu terminauerit.

Quibus verò cognitus erat pater & eius mirifica mater, Non est
mirum, alunt, si tantus est de tantis parentibus ortus, patris iustitia
floret in eo, & materna pietatis imago in purpureo pectori vernal.

Quot annis studuit, incertum est: sed quia secularis Philosophia
scientissimus erat, nouimus omnes, quem Dominus, credo, ad hoc
humana Philosophia studere voluit, vt post diuinæ sapientia montes
faciliore gressu scadere posset; aut potius seculi amara parvulus po-
tare debuit, vt post vir factus dulcia audiore animo hauriret.

Potheç f magister scholarum IMPERATORIS seruitio ascriptus, ac-
cessit in regiā curtē. ATARCHIMANDRETA ADALPERTVS debitum na-
turæ persoluens, ex hoc pelago ad littora sépternæ beatitudinis trāf-
uolarat. Alumnus autem ille patriæ, charosq; propinquos reuisens, sub
sacra cūitatis PRAGÆ Episcopo arma Christianæ militia militatur
assumpsit.

Nec multo pōst ceperit languor pessimus eundē Episcopū, & dete-
stabilit fine clausura venit ei ultima dies. Nā in extremo anhelitu, cum
tamen adhuc magna pars animæ superstes foret, adstibūs, quorū ille
adolescens vñus erat, hanc fabellam & gra voce retulit.

Heu mihi qualis erā, & quātū mutatus ab illo; qualē me nunc esse
vellē! Heu me miserū! Perdidi dies meos; jam pœnitentia fructus nuf-
quā. Perii, vbi nunc honor meus & inanes diuitiæ? O caro putribilis, rūsueDie-
& esca vermiū vbi nūc gloria & pulchritudo vanitatis tua. Decepisti ihmārum
me, decepisti fallax seculū, pmittēs mihi aiosam atatē; & ecce inspe-
tata mortis gladio malè intremisi animā meā. Sed meū scelus vtcūq;
veniabile erga piū Dominum foret, nisi quod coſendata plebis Icc-
lera ad cumulū miseria accedunt. Voluptates n. & desideria cīs pro
lege erant, nec p̄hibui furentē, nec prohibere potui sp̄ote percutiē
populū, q; adhuc hōdie nil scīt vel faciūt, extra q; dīgitus Satanæ in e-
orū cordibus scripsit. Væ mihi, q; filii. hoc est quoq; dolet, dolebitq;
IN initia

f Obericū &
Ottonem
II. inrelli-
git. Succes-
sor
hit auens
Orbicus
Adalberto
Archiep.
Magdebu-
g Deihma-
rū sue Die-
Decauis in
Chro. Bob.
f. 12, & Du-
branhol. &
IN initia

in æuūm. Nam ecce diræ mortis viictima in infernum recta via pro-
ficiſcar, vbi vermes mei non morſuntur, & ignis meus ardebit in z-
ternum, & vltra. Sic ait & citius obdormiuit, factusq; est plancus
magnum super eum.

Timuerunt autem timore magno; sed præ omnibus adolescentiis
ADALBERTVS, qui his diebus deliciosus MILES erat, nocte eadem fac-
to induitus cilicino, & caput cano cincere respargens, singulas circuit
ECCLESIAS, pauperibus quoq; quæ habuit largè dispersgens, se & cau-
ſam suam precibus Domino commendauit.

Ipsa autem EPISCOPATVS honorem iam tunc aliqui tacitus pro-
missionibus, non nulli publico ſcimone promiserunt.

Post mortem vero Epifcopi non longè ab urbe PRAGA factus
est conuentus desolata plebis, vna cum principe illius terra; & fit di-
ligens inquisitio, quem pro illo ponenter.

Réſponderunt autem omnes uno ore: Et quis alius, nisi indi-
gena noster ADALBERTVS, cuius actus, nobilitas, dinitas, ac vita cum
honore concordant? Hic quo ipse gradatatur optimè nouit, hic etiā
ducatum animarum prudenter adminiſtrat.

Eodem die dominico, quando haec electio facta est, quidam va-
lidissimo dæmoni raptus, fertur in ECCLESIAM, vbi fedes EPISCO-
PALIS est, & ceperit palam confiteri mala sua, quorum sibi consilii
erat. Tunc conuenerunt ministri dominicalis mensæ, orantes pro
eo, & sacris verbis inimicum prosequentes.

Exclamauit autem per os illius impurissimus dæmon, dicens,
Quid mihi & vobis? Venisti detrudere me de hoc habitaculo meo?
Quid prodet vos jactare inania verba? Ego illum, qui scissurus es in
ista fede valde timeo; cumq; illum video vel audio, non ausus sum
flare. Et continuo spumans dæmon murmur & horrifona verba
ingeminat, & diris dentibus diu infrendens, ad ultimum exiuit, ho-
mine fano.

Die postero ante ortum ſolis venit nuncius dicens, Quia heri
dominus ADALBERTVS consenſu publico electus est in Epifcopum.
Concurrunt populus cum Clero glorificantes, & gratias agentes
Domino, quia volens nolensque nequam spiritus confuſus est e-
lectionem illius.

Non tamen. Rediens interea de SARACENICO bello adiit VERONAM Impe-
ratorius apex, ſcilicet OTTO Secundus, cui fuit manus in prælio for-
touem huius, in parvo corpore maxima virtus, Augustus melior bono patre
alter audor uite S. Adalberti apud Surium.

8. ut fama meminit, per omnia CÆSAR CHRISTIANISSEMVS.

Idem tunc viator, & vietus, pro recollendo milite huc veniat, volens ultum ire damnae victoriae; sed nesciens, quia mors eius proxima pulsat.

Ad hunc ergo SCLAVONICA manus perrexit, ferens legationem de parte b. DVCIS, & obtulit electum EPISCOPVM, rogans eius manu popolarem confirmari electionem.

Non minus Imperator eorum digna petitioni adquiescens, dat epistolam virgam; & cui SVFRAGANEVS erat, i MAGONTINO AR- CHIPREFSVLI in EPISCOPVM direxit consecrandum.

Consecratus ille festo amicorum Domini IESV PETRI & PAVLI, multo comitatu equitat in dulcem patriam. Equus autem, cuius tergo infederat, non more frementum equorum, nec properis cursibus gradiebatur, neq; auro & argento portat fulgentia frena; sed in pulicium morem torta canabe ora strictus incessit ad arbitriū sedetis.

Ventum est ad sanctam civitatem PRAGAM, vbi Dux * præcli- uis & WENEL AVS l quoddā regnum tenuit, ac in Dei seruio viuere, suu egregiè perduxit. Postea vero sub impii fratris ferro nobile mar- tyrium consumens manifestis indicis ac ingentibus hodie vsq; mi- reculis sua merita probat. Ibi nouis ille Pontifex vincula pedū soluēs, nudo pede intrat urbem; huic humili & contrito corde orationis iura cœlestia. I for. q. nos p. soluēs, magno gaudio ciuiū EPISCOPALEM CATHEDRAM obfederat dam ant.

Erat autem cunctis diebus Pontificatus Episcopii sui piè ac fi- deliter seruens Dño, sed multo ac in profecto labore, Christianitatis aliqua pur- norma exercens; in populo res Ecclesiasticas sub æqua diuisione di- stribuit in quatuor partes; primam partem pro necessariis vel ornati- bus ECCLESIE secundā CANONICORVM commoditatibus ascripsit, tertiam vero in agmina pauperum proflua miseratione expendens; viiim partis summulam pro suis vīsibus seruat.

Præterea omni die festo plurimos pauperes ad misericordiaz o- pera vocat, quæ cis necessaria erant, affluente copia ministrans.

Item quotidiani diebus ter quaternos habere solitus erat, quos in APOSTOLICI nominis honorem dape & potu satiat.

Raro autem extra festū aliquod vidit cum meridianus sol mā- ducentē, & nunq; media nox somno indulgentem. Stat lectus altis plu- mis, & ostro rigidus, die oculos hoīum pacens, nocte vero aut habuit FRATRM GAVDENTIVM, aut cœcum natū; extra quos suo cubili amicis- sua familiaritate junctos, & se tertiu, nemo quartus recubuit in vna

domus.

domo. Ipsi verò nuda humus, vel lene cilicium, & lapis pro capitili sustentaculo somnum dabant. Nunquam saturo ventre iuit dormitum, & nondum expleto sopore furgit ad solitæ orationis coniuia.

Corpus verò, & corporis incétiua acerri mis attriverat ieiuniis, nec vlli inquam voluptati animū dare volebat. Parua quies oculis, & nulla venia est defectis pedibus. Istrauerat enim carcere, & carcere politos, quorum longa series & infinitum agmen erat.

Nulli plus nota propria domus, quam sibi erat, quis, quo nomine, & in qua parte cubaret infirmus, aut quot capita rediuiua salus vix, quot fatalis hora mitteret leto. quorum omnium post pia obsequia fratris feminis, seruus erat, ad caminum decurrit, & satione peracta, unde viueret propriis manibus se laborasse gaudebat.

Hinc viator intrepidus aderat, sacris adibüs saepius Dño precatos importunus cœlestes fores pullat, nunc longis genuis flexionibus orationē protrahit, nūc ægra suspiria cordis multo flumine rigat.

De COMPLETORIO usq; ad PRIMAM non exiit sermo de ore eius, & ad instar MONACHICÆ professionis, nocturna silentia seruat.

Post PRIMAM pastoralibus caussis studia sua impendit, audiens diligenter, quid cū prædato paupere peregrinus & vidua ciuarent.

Quando autem exteriore cura vacabat, usq; ad MISSÆ celebratiōnem DAVIDICIS vtitur colloquiis. Homini non locutus est verbum, quādū dominicæ mensæ infulatus astigit, & supra lanctā sanctorū immolat angelicū panē. Post aut opera manuum laborat, aut cum charis CAPELLANIS sacræ lectionis cibaria degustat. Hi ociis longum diem, talibus negotiis totam ducere noctem, hi sibi mores, hoc studium, hæc erat meta viuendi.

Post completoriū cum solitis orationibus incubaret, quidam paup̄ cui nihil prater vitā & membra impius latro reliquit, miseris vulnibus templi ostia pulsat; quo auditio cum de erogatis opibus nullę superfluisse, ceperit curiosius ex cogitare, quid illi dare posset; & cū nihil aliud occurreret, ingressus cubile, quod solū habuit, tulit inde scrip̄um puluinar. Cui abstrahens sericū, plumas circumquaq; per domū respergit; deinde ad iacentis mendici clamorem recurrens, inanē purpuram in rugam complicuit, & per coeuntiū januarū foramina emitens, hoc fertili dono manum pauperis accumulauit, cuius furti autor cùm lateret, cumq; WILLICO domus suę præpositus hoc inter pueros asperius inquirere vellet, prohibuit eum, dicens, Nequaquam inimicus homo hoc fecit, sed qui indigens erat, forsitan pro explenda necessitate assumpsite.

Inter hæc sancta opera non desierant pluere prædicationis pulchre verba, nec sibi solum bonus, sed quam pluribus cœlestium gaudiorum particeps esse voluit; singulis compassione proximus, & præ cunctis in contemplatione suspensus: sic alta petens, ut proximorum infirma non despiceret; sic infirmis proximorum congruens, ut alta petere non desisteret; sic discretionis artem seruare nouit, ut esset in eo, & iussè consulens misericordia; & piè seuiens disciplina.

Ipsi autem contraria volutate ad carnalem sensum relapsi, bonum pastorem sequi noluerunt. Nouo quippe modo cum essent cœlestib^z bonis pasti, peccatorū facibus expiebantur. Ille spiritualibus adiutoriis claves suas præmunire instat; illi destruere, quod fecit, diabolici impugnationibus festinat: Ille à captiuitate dæmonium, & vitorum populum liberare parat; illi eo arctius se in omni peccato obligare nō escant.

Vidit ergo Episcopus, quia diuinis legibus aduersum ire, omnibus modis festinauerunt; vidit, quod obdurato corde in Deum grandia quæq;^z, & noua scelera adimplere meditantur, vidit optimæ gubernationis frustri lacertos, plus etiam obesse sibi, quām populo prodesse.

Dicit ergo peccatum, & amarissimo lucre prosequitur damnatio peditæ gentis. Ad ultimum cogitat, melius esse relinquere, quām in cæco & ponte perente populo operam perdere, & maximè de tribus causis actum esse dicunt, qui huius rei ordinem, ipso narrante, compere-

tunt.

Prima & velut principalis causa, ppter plures uxores unius viri.

Secunda proter detestanda coniugia Clericorum.

Tertia propter captiuos & mancipia Christianorū, quos mercator videns infelici auro emerat, emptosq; tot Episcopus redimere non potuit.

In somnis quoq; apparuit ei dominus suscitans eum, & de lento sopore surgere iubet. Inquit ille, Quis es tu tam imperiose auctoritatis, vel cuius rei gratia quietem frangere iubes? Respondit: Ego sum Iesus Christus, qui venditus sum, & ecce iterum vendor IUDÆIS, & tu adhuc steris? Ille ex pergefactus lecū tacito corde tractat, qdnam hæc visio vellet. Admonet solvēda quæ siuncula sociū elegatē virū WILLICORIEM. Hic honore PRÆPOSITURA p̄petat ceteris. hūc vir factiss. cōsiliorū suorū participē fecit, cui cū suā visionē exponeret, respondit in propria verba, & cogitationes ille mitissimus hæros: Quando vendūs CHRISTIANI IUDÆIS: hāc vēditionē patitur IESVS CHRISTVS cuius-

Vu 2

cuius-

340 De S. Adalberto Pragenſi Episcopo, Martyre

cuius nos sumus corpus & membra, à quo mouemur & fumus.

15.

Qui fuit
Benedictus
septimus.

Hæc S. Episcopus, aqua lance perpendens, & ab imo cordis longa suspiria trahens, amplius stare timuit; siveq; consilio doloris accepto, venit ROMAN, & APOSTOLICA SEDIS PONTIFICEM, quid in tuto suo populi; discriminē agendū fore, gemitibus questionibus ingredi.

Comendatus, inquiens, mihi greci audire non vult, nec capit, item meus inillis, iniquorum peccatoribus demoniacæ seruitus impie-
cari regnare; & e regio est, ubi pro iusto virtus corporis, pro lege volu-
ptas dominatur.

Ad hæc APOSTOLICVS, Fili, inquit, quia te sequi nolunt, fuge quod
nocet. Operæ pretium est enim, si cum aliis fructum facere non potes,
vel te ipsum non perdas. Quare in eo consilio arripe tibi ocia contem-
plationis, & sede inter eos, qui vitam quietam in studiis dulcibus & fa-
libribus agunt.

Hac itaq; velut diuina responsione animatus, cùm ad futura san-
ctorum gaudia ardenti desiderio anhelaret; statuit secum, natale suum
solū, notioresq; populos derelinquere. vult ap. dñi peregrinè proficisci;
atq; velut sub alio sole in opem ducere senectā. Oīa dura & aspera pro-
dilecta Iesu dulcia sibi visa sunt; pro diuine Christo angustiam pauperi-
em pati, non tam labor, quam ingens amor erat. Post hanc fuz men-
tis deliberationem argentum pauperibus largè distribuens, Episcopa-
lem cameram euacuavit.

Erat a. ipsi diebus ROMÆ IMPERATRIX AVGUSTA & THEOPH-
ANIA, mater eius, qui modo regnat, TERTIVS, & DEO iuuāc, MAXIMVS
OTTO, cui pia cura circa pauperes cū sumatibus viris, & benè queren-
tibus Christum sincerissima dilectio fuit.

16. **Hanc** a*n*ti*Hor* familiari*s*, A*dalberti* ap. Sur. vo*cat pul-*
chrū lusā. Hæc comperto quod gratia orationis exulans ille vslq; Ieroso-
LYMAM pergere vellet, clam venire illum fecit, & argenti tantū, quan-
tum iuuenis Gaudentium via leuare posset, pro viatico accipere fecit.
quod eadem consequent nocte pauperibus fideliter diuisiit, atq; ab v-
no denario totum expendens, nil sibi retinuit.

Deinde pueris remissis in patriā, mutat habitu, & asinum pro portā-
dis oneribus mercatus, cū tribus numero fratris sociū iter aspūst.

Habens itaq; animū IEROSOLYMIS SEPVLCHRVM DOMINI
inuisere, venit ad montē **b** CASSINVM, in cuius cacumine monasteriū
b Leo Ostiensis lib. 2. c. 17. Romanus egredius ad Janham civitatem, præter p̄fem imperfatum
iter suscepit. Nam ea via ductus ad montem Cassinum v̄g. peruenit, vbi b. Benedictus po-
stremonacharum sedem poluit, ibi abbatū & fratrum prius monachū cassigatus, ne innūli va-
gatione uitam expenderet, ea loco staret. Hæc & plura alia Leo conuenientia cum hi se-
rit ait, quae ex Baron, rom. 10. anno 983. num. 20. ex 24. citate.

sedet, quod hoc in loco primus construere coepit beatissimus Pater Monachorū flos & gloria BENEDICTVS. Ibi quoq; vt GREGORII mel- liuū os sonat, ultimā vitā partem deguit, & vere religionis exemplar omnibus, qui in Christo piē viuere volunt, dīgito cōscriptis. Hic tum lict agnitus non fuisset, tamen Domino quod futurum erat, prouidente, honorifice hospitio suscep̄tus est.

Post paucos dies cūm iter ceptum agere vellet, accessit ad eum illius loci Abbas, & cum ipso admodum illustres viri, hēc consilia velut à diuina arce ferentes.

Via, inquit, quā beatitudinis acquirendā causa cōcep̄isti, longē
est à recta via, & ab illa, q; dicit ad vitā. Perplexitatibus quippe fugacis
seculi carere magnanimi est; sed quotidie loca noua mutare min' lau-
dabile est. Sicut enim hiberni maris inconstantia malum nautis, ita va-
gatio de loco ad locum periculūm suis sequacibus minatur. stare autē
loco, & supernis vībis eō liberius perfrui, non nos, sed præcepta ma-
iorum, virorumq; fortium exempla tibi dicunt.

Quod consiliū prouidus heros non fecus, quām diuinitus datū ac-
cipiēs, ibi finē laboris & cāterā errabūda vagationis ponere cogitauit.

Hac eo cogitāte frustratur eum Deus, vōlēs dilecti hominis deside-
ria aliquantulum dilatare, vt quanto nunc amara primum & labore
parata, tanto post dulciora fuissent.

Nam cūm ibi monastica lege viuere vellet, cūmq; à minimo vī-
que ad maximum omnes hoc libertissimē vellent, repente attonitas
*terrible verbum transuerberat aures.

* Quod nō
manjerit
cum Cæsinatibus, qd̄ quād̄ vidēre se ab illis colit, vt Episcopum, narrat Leo Ostib. 2. c. 17. Cā
die quadam Seniores illi monasterii dicerent, Bonum est, pater, vt hīc nobiscum maneat, hīc
monasticam iuscipian vestem, hīc Deo placitam exigat vitam, quoniam cūm sis Episcopus, cā
Ecclesiā nostrā dedicare, & vōltros clericos ad sacros promovere ordines decentissimē po-
terū, molestē hoc cultus. Descendensq; ab virum sanctissimum Nilum, quem tunc ad vallem
lucū cum Greco aliquibus fratribus, religiosissime conuersari didicerat, denotē se consultit,

Et bonum est, inquit, vt sis nobiscum, hīc monachicum in-
duas habitum, hīc Deo placitum viuere ducas, nostras quoq; Eccle-
sias nouo opere constructas, cū sis Episcopus, sacrae potes. Quo audi-
to ille heros iam dudū intra se turbatus, hēc ira dictāte redidit, Vtrū
me hominem vel asinum putatis, vt cūm amota filiorum cura Episco-
pus esse desiderē, nunc sub nomine Episcopi vōstras domos cōsecrare?

Nec mora iuit de orsum per montis conuexa, & quasi duorum die-
rum itinere acto, ad magnū virum NILEM perrexit, cuius nobile me-

Vu 3 ritum

342 *De S. Adalberto Episcopo Prageni, Martyre,*
ritum in monastico ordine, velut nouus lucifer in æthereo axe refel-
get: sub quo etiam duce ac diuinæ artis magistro discipulorum plu-
ma manus Deo militarunt.

Hi verò omnes propriis manibus victum quærentes secundum
regulā sancti Patris nostri BASILII celestibus vesigii innituntur.

Hac fama ductus aggreditur sanctum senem, & prouolutis ge-
nibus diu profudit lachrymas, quærens ab illo responsa, & amica solia-
tia, quem intuitus dominus ABRAHAMS NILVS, cuius meriti in conspectu
Domini vineret, iam in primo sermone cognovit; q. & vñq; hodie ita
amore Christi feruentem, non meminit se vidisse aliquem iuuenem.

Et receperissim te, inquit, dulcis nate, nisi hac sulceptio mihi me-
isq; nocitura, tibi tamen minime esset p̄futura. Etenim ut iste habitus
& barba pili testantur, non indigena, sed homo GRÆCVS sum; terra
autem quantulacunq; est, quam ego & mei mecum incolunt, illorum,
quos tu benè fugis, propria est. Sed si quod Deo volente nimis velle,
vnâ nobiscū cohabitaueris; tollunt illi, quæ sua sunt; ego cū charis filii
expellor totus; tu de incerta re plus incertus eris. Quin imò accipe Pa-
tris cōsilium, & vnde digressus es, repeate urbem ROMAM; quid cum an-
gelo bono te ducente peruenieris, dominum Abbatem LEONEM nobis
amicissimum ex nostra omniumq; persona salutes, atq; epistolam no-
stram feras in hæc verba: aut te apud se, quod plus volo, retineat; aut si
cū difficile appareret ad Abbatem sancti SABAE mea vice commenderet.

Hac spe confirmatus regreditur ad sacratam arcem urbium do-
minam & caput mundi ROMAM.

Inde cui monasterio Abbas LEO p̄fuisset, diligenter inquirēs,
ad sanctiorum limina BONIFACII & ALEXII, monstrante populo, per-
ductus est. Postquam ingressus est, & cum Abbatे copia datur fundi,
obtulit salutationē & literas, quas miserat Abbas NILVS: quibus per-
leētis, vt ex longo vso spiritum probare doctus erat, priusquam rece-
pisset illum, arguta arte cuncta explorat.

Primum incepit indignationem simulare, quis qua mente p̄z-
ditus esset, auero vultu indagare, aspera & dura illi p̄dicens, cu-
ntaque arcana mentis eius sagaci ingenio perquirens. Iustum verò
actenacem propositi virum, nec dira hominis respōsio frangere va-
luit, nec venientium tentationum mina à semel arrepta voluntate re-
uocare potuerunt.

Abbas verò Leo ubi non solum auertere à suo proposito, sed etiā
dira p̄dicando plus accēdere poterat, acceptum se forcillum pol-
licē-

20.

*dura,

fecerit. Statuit autem DOMINUM APOSTOLICVM cum humiliato An-
tistite prius conuenire; ut quidquid agendum foret, tanti patris sen-
tentia, suorumq[ue] CARDINALIVM consilia deliberarent.

Post h[oc] rite peractis omnibus, qua die DOMINVS DISCIPVLO-
RVM suorum pedes lauit, ac linteo extersit, monachalem habitum san-
ctus ille EPISCOPVS accepit. SABBATO SANCTO, quando baptizati cate-
chumeni* criminalib[us] vinculis solutur. soluta est & ipsi capite p[ro]dens,
cuculla. Hinc secundum regulæ morem, fratrum numero additus
quar[un]dum angusto calle coepit ardenter cupere Christum.

Duo autem ex fratribus, qui cum eo erant, iam dudum videtes,
quia se monachum facere vellet, non bene relictio clipeo fugam dede-
runt. Solus vero GAVDENTIVS, cxmplo constantis viri, remanens cu[m]
beato viro, Monachicam atq[ue] probabilem conuersationem consecu-
tus est: qui etiam sibi carne & spiritu duplex germanus, & ab infante
semper fidissimus comes adh[ec] sit.

Ips[us] vero omni obedientia ac humilitate ambulat inter fratres,
contra bella temptationum, vitiorum intrepidus tyro accingitur; in co-
gitationibus suis ad humilem confessionem semper confugiens, quaf-
fate mentis arcana spiritualibus viris pandere non cessavit. Cessante ve-
ro temptationum imbre, in nouam messem virtutum refloruit; ac post
victoriā solito clarior eluxit.

Processit ergo ut lux splendens, & crevit usq[ue] ad perfectū diem. Pres. 4.

Obedientia, qua donauit eum suus Abbas, huiuscmodi erat, vt
equin[us] fratrum aqua ministratorios v[er]sus humero apportaret; ma-
nibus quoq[ue] eorum lauandis simile obsequium ageret, sic se cunctis
fratribus seruire letatur.

Nec moratur interea ænulus hostis, nunc aperto bello, nunc
latentibus insidiis hominem Dei impugnaturus. & cum testacea va-
sa, nunc aqua, aliquando vino plena portaret, prædictus hostis callido
altu lapsus parat, ac vt confracta in partes spargerentur efficiens, sacri
vir faciem ingenti rubore perfudit.

Hæc dum multoties fierent, & ipse tot vicibus veniam prostrato
corpo pectet, tandem vltor eius confusionis respexit ad h[oc] negotia
DEVS. Nam vna dieru cum fratrum mensa apportaturus foret meru,
offenso pede corrut ipse super vias, & vas ingenti cecidit super mar-
mora lapsu. audit à l[oc]e pater monasterii, cunctiq[ue] fratres per ordinem,
quomodo labitur ille heros; nescientes quia hunc casum prosperrima
aduersitas comitaretur; ita enim vas sanum & vini portio non minuta
seperitur, ac si nulla facta foret ruina.

Item

JSJ
IV
27

544 De S. Adalberto Pragensi Episcopo Martyre,

23. Item nobilis quadam foemina monasterium hoc causa orationis ingreditur, & cum charitatib[us] ibi facere iussa foret, iam septem annis panse non gustasse profiteretur, ille vero hunc abstinentie morem pro infermitate c[on]ad has sille recognoscens, allato pane salutifere Crux Si-GENACULVM impressit, ac deinde prandenti matrone apponens, la nomine Domini mei Iesu Christi, filia, inquit, manduca panem: non licet tibi sanctam charitatem violare, pro eius enim amore hoc parum prandii accipere iussa es.

Ad hanc vocem credula mulier, panis munera degustans, cum gratiarum actione regreditur in domum suam. Ex hinc ergo communici cibo vlaestren nouam sibi contigisse ciuib[us] narrat, ac glorifica vox omnium dominum Deum.

24. Nec praeterendum est, qualiter cuiusdam Ioannis filiam, quod nunc VRBIS PRÆFECTVS esse dignoscitur, atrocissimus febrium dolor vexare ceperit, quam cum homo Dei sacratissima sua manu tangere, omnis languor corporis eius imperio abfessit.

25. ARCHIPISCOPVS vero MAGONTIVS beati presulis gregem sine pastore ire conspiciens, misit legatos cum literis, per quos DOMINVM APOSTOLICVM de sancti viri redditu interpellat.

Facta est ROMÆ synodus pro hac causa, & oritur utrinque litigium grande, ex una parte eorum qui monachum perdere timuerunt, ex alia eorum, qui pauporem suum cum auctoritate quasierunt. Cumque iniucem pugnantibus sententiis utraq[ue] pars diu decertarent, tandem dubiam, nuntiorum PRIMAS vix promeruit victoriam. Hic ipse PRIMAS frater erat DVCTIS, cuius terra, qui exigebatur EPISCOPVS prafuit.

* Decretum
Ioannis xv.
anno 989.
quod ex h[ab]itu
ipsis Aelii
laudis Ba-
ron. an. 989
n[on] 2. ubi
vide va-
riæ lectione.

Tum APOSTOLICVS non tam voluntate, quam iure Dei permotus talia respedit: REDDIMVS, QVOD IVSTE QVÆRVNT; QVAMVIS DE BONO PATER IAM DEGENERASSENT FILII, ET DABIMVS EVM HAC LEGE. SI AVDIERINT EVM, TENEANT CVM DEI BENEDICTIONE, FACIANTQ[UE] SVB IPSO FRVCTVM CENTVPLVM. SI AVTEM A CONSVENTA INIQVITATE SYA RECEDERE NOLVNT, HIC NOSTER ABSQ[UE] PERICVLQ[UE] SVI CAPITIS MALORVM CONSORTIA DECLINET.

26. Hac vbi dicitur dedit, finita est synodus, & soluto cœtu redierunt quisque in domum suam. Abscedunt legati, monachis tristibus, & a to animo ac magna exultatione. Cumque emenso itinere PRAGAM venirent, cuncti obuiam omnis atas & sexus, & quasi cum ingenio gaudio acceperunt cum dant manus ac promittunt omnia, velutq[ue]

de sua reuersione oppido gaudenter; & secundum eius praecepta priorem vitam plenissime emendare vellent.

Sed paulo post copit eos ignavia, mollicies. Et neglegetis praedicationibus itur in omne nefas. Veterum quippe vittorum recordationibus prouenti, in carnalem partem relabuntur, & percunt labor floralis, & diligens cura boni patris.

Inter haec luctuosum & miserabile crimen exoritur. Mulier cuiusdam NOBILIS cum CLERICO adulterio publice arguitur. Quam cum more barbarico parentes dedecorati coniugis decapitare querebant, fugit illa, per celeres auras, donec voce & cursu usq; ad optatum peruenerat Episcopum. Volens autem de illorum manibus mulierem liberare, clausit eam in monasterio SANCTIMONIALIVM, quod sub vocabulo & veneracione sancti GEORGII consecratum firmissimis manibus vallatur; clauim vero Ecclesiae custodi fideliter commendatus, credens, ut famina inter fratres solatia doloris, & sub ALTARIS DEFENSIONE vite securitatem haberet.

Crimen quoque in se referre voluit, vt se sceleris auctore magnum aliquid fieret, scilicet, vt pro pœnitentia fructibus, aut illam vita seruaret, aut ambo simul iussi morerentur. Qua voluntate, quia martyrij coronam exposcens erat, adimpleret utiq; quod voluit, nisi eum prudenter Dominus Willico prohiberet.

Impia manus inter ea absconsa mulieri ferrum necemque parans, armato milite EPISCOPALE FORVM irruperunt. Quarunt & contumacibus EPISCOPVM dictis, qui contra fas, & legalia iura adulteram defendere velle. Quod ille diuinæ contemplationis otio vacans, ubi aure percepit, cum velut diuise noctis hora esset, dicto versu fregit silentia, & in quo clausus erat, exiuit de templo. Deinde qui secum erant fratribus, pacis oscula libans, Bene valete, inquit, & pro me miserere ferite pia vota Christo.

Inde totus ardore martyrij flagrans, non tardiore desiderio & cursu, quam qui fugit hostem, sponte venit in hostem, ac medium agmen intrepido gressu incendens. Si me queritis, inquit, praesto sum.

Vnus autem exillis, cui cum bonis semper laua voluntas erat, omnium ore talia respondit: Casla spes martyrij te tener, & nobilis gloria lethi. Errat pro certo haec sanctitas, qua nostrum vult fieri peccatum; non impletur tua voluntas, sed agitur aliquid, quod plus dolet. Quia nisi haec meretrix nobis citius reddatur, habemus fratres tuos in quorum vxoribus, prole & pradiis hoc malum ylciscamus.

xx

Hoc

27.

J.S.J.

IV
27

28.

Hec dum furens SCL AVVS contra EPISCOPVM delatavit, ecce corruptus auro proditor, adest, qui excerpens eos clam de agmine vocat, sequique itineris ducem præbens, domum in qua clausa erat, domusq; custodem manifestat. Custos vero tentus ab illis, nunc minis, amicus nunc affatus, ut illam in manus eorum redderet, diu probatur. Ad ultimum mortis timore perterritus, non sic sibi creditam cruentis hostibus prodidit fœminam. Rapitur illa infelix, frustra pressis altaribus, & sub manu conjugis capitalem iussa est subire sententiam.

Quod cum ille velut vir iustus facere nollet, sub gladio vilis verula truncata penas male vis corporis capite exsoluit.

His atq; horum maioribus popularis nequitia studiis cum sermo docentis EPISCOPI contraire nequirit, flet bonus pastor; quia in morbido grege signa salutis nulla inesse conspexit.

Hinc pro spectandis sequentibus malis oculos claudere volent, dulcis ROMÆ moenia reuulsit, & nauem monasterij mutat pastorala frena.

Congaudient illo redeunte monastica plebis sacra collegia, ac sanctitatis suæ amore pariter & utilitate perfruuntur. Dilexerunt cum omnes, sed præ omnibus ABAS suis: qui & post se totis cohortibus fratribus præfecerat illum. Ille autem omni vilitate & extremitate contentus, quanto magnus erat, tanto se cunctis inferiorem præbuit; quanto spiritualibus diuinitiis dives, tanto in oculis hominum parvus, pauper, & despectus esse cupuerat.

Dicunt autem Abba & fratres eius de eo, quia in omni virtute ad vnguentum perfectus est, & extra Martyrium verè sanctus erat. sic de die in diem semper nouus & scipio robustior succrescens ad diuinæ contemplationis fastigia velut castissima turtur euolauerat.

Volens autem Dominus ostendere seruo, cuius meriti viueret in conspectu suo, monstrat ei per visum duos ordines in celo, unum purpureo, alterum niveo amictu: quibus sub diuersa specie singulare meritum, & propria merces: ambobus tamen circa & potus erat laus perpetua C R E A T O R I S. Et facta est vox ad eum dicens: Inter utrosque est tibi locus, coniuicio mense, & aptissimus honor.

Cuius rei visionem Abbati suo cum exponeret, non hoc de se, sed velut sanctissimus PAULVS revelationis sua mysteria de alio homine narrat. Scio, inquit, huiusmodi hominem, cui Dominus per visum talia ostendit, & haec ipsa donatum se promittit

Hoc ipso tempore iter agit ROMAM REX FRANCORVM OTTO tertius

29.

& Cor. 12.

tertius pulchri CÆSARIS pulcherrima proles. Decursis quippe puerilibus annis, cum iam velut lanugine barba florcret, tempus & virtus maior annis IMPERATORIAM sibi exposcerat dignitatem.

ROMA autem cum caput mundi & virium domina sit, & vocatur; sola reges imperare facere; cumq; PRINCIPIS SANCTORVM corpus suo sinu refoeat, merito principe terrarū ipsa constitue debet.

Summus ipsis diebus PONTIFEX acerrima febre correptus, corpus terra, animam celo, utraq; in sua dimisit exordia. Rex autem OTTONO alpium niues multo milite transmeans, iuxta sacram urbem RAVENNAM regalia castra metatus est. Ibi in eius occursum veniunt episcopi cum nuncis, quas mittunt ROMAM Proceres, & senatorius ordo; primo illius aduentum, velut toto tempore paternæ mortis non vix, totis visceribus desiderare, ac debita fidelitate pollicitantur expectare. Deinde in morte DOMINI APOSTOLICI tam sibi, quam illas non minimam inuenientam esse partem incommodorum annuntiant, & quem pro eo ponerent, regalem exquirunt sententiam.

Erat item in CAPELLA REGIS quidam Clericus BRVNO, secularibus literis egregie eruditus, & ipse regio sanguine gen' ferens, magnæ indolis; sed q; minus bonum, multum feruidè iuuentutis. ^a Hunc OTTO quia Regi placuit, à maioriibus electum, MAGONTINVS ARCHIPRÆSVL. WILLIGIVS & suus collega VDELBALDVUS EPISCOPVS adduxerunt ROMAM. Proinde à ROMANIS honorifice acceptū ad hoc ordinati Episcopi APOSTOLICO honore promulgarunt. Superueniens etiam REX ROMANO more egregie accipitur. Deinde magno gaudio omnium IMPERATORIVM attigit apicem.

Suum Brunonem Ortoni filium Duci in loco Ioannii Papæ nuper defuncti, cum omnium laude presentium constituit. Vide Baronium anno 996.

Lætantur cum primatibus minores ciuitatis, cum afflicto pauperie exultant agmina viduarum, quia nouus b IMPERATOR dat iura populi, dat iura nouus PAPA.

His temporibus Christianissimus ille CÆSAR, cui circa seruos DEI maximum studium semper & diligēs cura fuit, crebro alloquitur sanctum ADALBERTVM, & habebat eum sibi familiarem, audiens libenter quæcumq; sibi diccre; Archiepiscopus vero WILLIGIVS veterem querimoniā canens interpellat, congerminat vota cum votis, & ut reportaret illū omnibus modis inflat. In Apostolica quoq; synodo canonum testimonio revoluens coram omnibus se iuste petere clamat, peccatum esse singulis Ecclesiis maritatis solam PRAGAM viduari, ultra poscentibus benevolam aurem viduæ Ecclesiæ maritum futum prebere libera mente postulans erat.

Xx 2 Rur-

^b Ex his
confirmā-
tur que de
coronatio-
ne Ottonis
III. dispu-
tata Baron,
an. 996,
num. 27,

32.

Rursum exitinere, quo verlus est ad patriam, continuus iteris
hœc idem reiterare non cessat, nec dimisit prius, donec pollicitus est
Dominus Apostolicus facturum se esse quæ vellet.

Tristatus est autem homo Dei, quia linquere cogitur monasteriorum, præsicerat enim, quia populum, cui postoralem curam debuit,
à via sua mala nemo flectere quisset. Sed tristem eius animum hoc
valde solatur; quia si in commissis sibi animabus dignos fructus a-
gere nequisset, extraneis & non baptizatis prædicator missus fu-
rat.

33. Ergo multis lachrymis dulce monasterium linquens, cum summa
discretionis viro Notherio Episcopo ultra ALPES proficisci-
tur. Cumque velut duorum prope menium iter ageretur, venerant
Magontiam. Vbi regressus ab ITALICIS ORIS IMPERATORI
comoratus est, cum quo vir DEI mansit bonum tempus, quia familia-
rissimus sibi erat, & nocte pariter ac die, velut sanctissimus cubicularius,
imperiali camera adhaesit. Hoc autem non sic, velut seculi aliquo
amore captus; Sed quia dilexit ipsum, & dulcibus dictis ad amorem
eœlestis patriæ accendere voluit.

Nam die siue nocte, cum turba locum dedit, sanctis alloquii
agreditur illum, docens, ne magnum putaret, scilicet imperatorem esse
cogitaret se hominem moriturum, cinerem, ex pulcherrimo putre-
dinem, & vernum escam esse futurum: Viduis exhibere se marium,
pauperibus & pupillis monstrare se patrem; timere DEVUM, viuustum
ac districatum ludicem: amare, ut pium venia largitorem, ac miseri-
cordiae fontem: sollicitate pensare, quam angusta via, quæ ducit ad vi-
tam, & quam per pauci, qui intrant per eam: beneagentibus esse ut
per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iusti-
tia erectus.

Ad hunc modum plura subiectens, monet charum filium pra-
sentis vite bona desplicere, æternitatis electionem desiderare, man-
sura querere, in temporalibus rebus & transitoriis fiduciam non ha-
bere.

Cunctis qui in regia domo erant, velut seruus omnium, sic co-
rum vilissima quæque manibus tractat; & omni humilitate corum
seruitia facit. Noctibus quoque cum carpserant somnum, calce-
menta coruia componere cura fuit, à ianitore usque ad principem re-
giz domus omnium caligas aqua lauit, & purgatis fordibus eas luolo-
co restituit.

Ad hunc modum plurima seruitia egit in CAMERA; quanto
quæque vilissima erant, tanto libentius ea pro humilitate ministrat.
Sed seruiminis auctor diu incognitus latuit, donec quidam Woltha-
rius regius imperialis minister, & sibi dilectus cubicularius sanctum
prodidit furem.

Vidit quoq; ibi somnium nocte vna, quod huiusmodi erat. Pu-
tabat se fratris sui curtem adire, & media certe stare domum, cuius
strutura aspectu erat delectabilis, parietes & tecta niuci candoris;
intus duo lecti, unus sibi, alter fratri suo deputatus. Erat viisque sci-
licet, vt decuit, multum honoris gerens, sed lectus suus omnem glo-
riam alterius longe præcellens totus purpureo splendore, & sericis
ornamentis amictus; ad caput vero auriculam staminis linteo pulcherrimi
mereditimus; fusum verò in capite erat aureis literis scriptum: My-
NVS HOC AVCTENTVM FILIA SPONSATVR. Cuius visionis ordinem
cum aliquibus narrando exponeret. Vide, inquit illi, quia Christo Quid, an
secundante, Martyr eris futurus. Regis filia, quæ dat tibi regia dona, non affer-
hac est domina cœli sacratissima virgo Maria. Hoc audiens ille fa- Gentum;
tus est latissimo animo, & ingressus cubiculum cordis, egit gra- non affer-
tias sanctorum sancto, Angelorum Domino & omnipotenti Chri- quor. Au-
sto. Hinc matrem gratiarum quæ regis solio proxima, sedet, pro- pud Sur-
na ceruice & gaufrage mentis iubilo adorat. Gratias tibi, inquiens, vir- hanc in-
go maris stella, quæ me ut pia Domina humillimum seruum tuum re- ita habet:
dipere dignata es. Munus
tibi filia
regi.
hoc donat

Hac ipsa tempestate adiit Turoniæ, querens auxilio sanctum
serenem Martinum. Nec præterit Floriacum, quæ beatissimum cor-
pus confessoris nostri & patris Benedicti suo gregi collocare meruit. 35°
Vbi etiam quis ille sit cæcorum visus, claudorum gressus, & cœlestium
miraculorum multa millia protestantur. Horum duorum charissimo-
rum patrum sacris confabulationibus pastus, latto animo regreditur
ad imperiale domicilium.

Inde quid sibi mente foret, quæ volente D E O agere vellet, sub
lucem proferens, coepit cū dilecto CÆSARE familiarem & extremum
sermonem habere. Finita locutione pacis oscula inuicem libant, &
amplius nunquam sociandos non absque dolore separant amplius.
Vir ergo sanctus eius charam vitam charissimo Iesu multum
commendans, secundum placitum ARCHIPRÆSULIS sui ad Apo-
stolicem gentem pergere coepit. Sapuit ipse, quia consilio suo non ob-
audirent; sed ac inobedientis esset, iussum iter adimplere maluit.

Hoc etiam eius animo magnam spem tribuit, quia si non infilii; in alienis, & in barbarismo animarum lacra congregare potuit. Erant enim multæ nationes per circuitum, per quas aut sibi martyrium aut eis baptisini gratia conferri potuit.

Gens autem hæc sceleratissima ad quam redire compulsi est in odium sui nominis grande nefas commiserunt. Nam parentes suos nobiles & p̄claros viros misero vulnere p̄sternūt, fratres fratruq; filios, masculum vna cum foemina, omnes morte fœuissima damnarunt, ciuitates quoque eorum igne ac ferro deuastantes nomina eorum bona in captiuitatem redegerunt.

Vnus erat ex suis fratribus, dum hæc mala domigerunt, cum BOLEZLAO BOLANIORVM DVCE in expeditione IMPERATORIS erat, Dux vero ille pro amore sancti fratris magnis promissis & amicis o- pibus eum solatur.

Ergo pro his sceleribus aditum sibi clausum iter putans ille fan- ctiſſimus heros noluit frustrari aduentum suum; sed declinavit ad prefatum DVCEM, quia sibi amicissimus erat, & si recipere vellet per eius missos explorare potuit.

Quo facto, è contrà illi magna indignatione remittunt eiræ & furoris plena verba dicentes: Sumus peccatores, populus iniquitatis, gens duræ ceruicis; tu sanctus amicus DEI, verus Iſrahelita: & tibi omnia cum domino. talem ac tantum non portante cohabitationes & consortia iniquorum. Ettamen unde hoc genus, vt totiens repulso, totiens abiecto, non vnius sed diuersarum mentium requirat Episcopus? Agnoscamus, agnoscamus, ingeminat, quid sub colore pietatis mendofum tinniat hæc sanctitas. Nolumus cum, quia si veniet non venit pro nostra salute, sed pro puniendis malis & injuriis, que de fratribus suis fecimus, & fecisse inuuat. Non est qui recipiat eum, non est usque ad ynum.

Hæc & his similia audiens illusus EPISCOPVS, tanto lætitiae riu- exuberat, vt p̄cene à solito rigore magnum aliquid excederet. Disfrupisti, inquit, vincula mea, tibi immolabo gloriam & sacrificiū laudis, quia pastoralis curæ funes, & vincula de collo meo ipsorum refutatio liberauit. Fateor me hodie, ô bone IESV, totum esse tuum, tibi dominator virtutis & æterne laus, honor & gloria. Noluisti eos, qui te no- lunt, & qui à via veritatis in desideria declinant.

Inde aduersus diram barbariem, profanosq; idololatras, gladium prædicationis acuens, & aptans, cum quibus primū, cū quibus post dimi-

dimicere oportet, animo deliberate cœpit, utrum LVITICENS ES,
quos Christianorum præda miserorumq; hominum damnæ pascunt;
an PRVZORVM fines adiret, quorum Deus venter est, & avaritia iun-
cta cum morte est.

Tandem alternati potior sententia successit animo, ut quia hæc
regio proxima, & nota fuerat Dvc prædicto, PRVZIÆ DEOS & ido-
lairet debellaturus.

Dux vero cognita voluntate eius, dat ei nauē & ipsam pace pro
itineris ter deno milite armat. Ipse vero primo adiit urbem * GIDA- Auctor se-
nies, quam DVCIS latifissima regna dirimentem maris confinia tan- miliaris
bant. Ibi diuina misericordia aduentum eius prosperante, baptiza- ap. sur. ve-
bat Gneſ- tat Gneſ-
PATRI immolat CHRISTVM: cui non post multos illos dies leipsum III. ex Ita- nam. Otte
lia Gneſinā
peregrinatus est ad sepulchrum S. Adalberti, cuius corpus æquali auri pondere redemptum
fuerat. vide Dubrauium lib. 6. init. Baron. an. 997. num. 2.

Quidquid vero superfuit DEO, quod ipse & noui baptizati cō- NB.
municarunt, colligere iubet, & mundissimo panno inuolutum sibi
seruauit pro viatico deportandum.

Postera autem die salutatis omnibus imponitur carinæ & pela- 39.
go, & tollitur ab eorum oculis nunquam postea videndus. Hinc nau-
ticum iter velocissimo cursu peragens post paucos dies marinum lit-
tus egreditur, & reuersa est nauis cum armato custode. Ipse autem
pro præstitis beneficiis gratiam vectoribus & vectorum domino a-
gens, remansit ibi cum geminis fratribus, quorum alter presbyter BE-
NEDICTVS, alter dilectus & à puero sibi comes frater GAVDENTIVS
erat.

Tunc magna fiducia CHRISTVM prædicantes intrant par-
uum Insulam, quæ curuo amne circumiecta formam circuli ade-
untibus monstrat. Venientes vero loci possessores cum pugnis ex-
pulerunt eos, & quidam arrepto nauicule remo afflit Episcopo
proprio, & vt forte Psalmos in libro decantauerat, ingentem iustum
inter scapulas dedit. Excusus manibus volat in diuersa codex,
& ipse extenso capite & membris iacet humo prostratus, sed exterius
afflito corpore, quid pia mens intus ageret, risus cordis per vocis or-
ganum mox patet fecit. Gratias tibi, inquit, domine, quia & si am-
plius non erit, saltem vel vnum iustum pro crucifixo meo accipere
merui.

Tran-

40.

Transiens vero in aliam partem fluminis stetit ibi sabbato, ve-
spere autem facto dominus villa diuinum heroa Adalbertum trans-
duxit in villam. Congregat se vnde iners vulgus, & quid de celo
foret acturus, furibunda voce & canino rictu exspectant.

Tunc sanctus Adalbertus, quis & unde esset, vel ob quam cau-
sam illuc veniret, interrogatus, tali est contra mitti voce respondit: Sum
natiuitate Sclaus, nomine Adalbertus, professione MONACHVS, or-
dine quondam EPISCOPVS, officio nunc vester APOSTOLVS. Causa
nostris itineris est vestra salus, vt relinquentes simulacra muta & sur-
da, agnoscatis creatorum vestrum, qui solus & extra quem alter Deus
non est, & ut credentes in nomine eius habeatis, & in atrii immar-
cescibilibus cœlestium gaudiorum præmia percipere mereamini.
Hæc sanctus Adalbertus.

Illi autem, iam cludum indignantes, & cum clamore blasphemæ
verba aduersus eum proclamantes, mortem sibi minantur. Extemplo terram baculis percutiunt, fustes capiti ciuius apponunt, & infren-
dunt dire dentibus in eum.

Magnum sit tibi, inquiunt, quod huc usque impune venisti,
& sicut celer redditus spem vitae, ita tibi parua morte necis damna crea-
bunt. Nobis & toti huic regno, cuius nos fauces sumus, communis
lex imperat, & unus ordo viuendi; vos vero qui estis alterius & igno-
rare legis, nisi hac nocte discedatis, in crastinum decapitabitimini.

Ipsa nocte nauicula imponebantur & retro ducti manserunt
quinq[ue] dies in vico quodam.

Hæc dum in illa geruntur parte, ecce in monasterio ubi ille talis
nutritus fuerat, cuiusdam conuerso Ioanni CANAPARIO talia Dominus
per visum ostendit. E summo celo velut volantia deorsum veniunt.
usque ad terram duo linteamina, alba sicut nix, & munda absque omni
forde & macula. ambo sua onera, singulos quidem viros de terra
leuant; ambo felicissimo cursu nubes & aurea sidera transfrant. vnius
nomen, extra ipsum, qui haec vidit, admodum paucissimi feciunt; alter
vero erat ut adhuc hodie meminit, dominus Adalbertus, cui angelus
minister iam cœlestis mensa conuiua preparauit.

At Pater Nilus ignotum est, quid de eo viderit; sed dulcibus
scriptis cundem virum ita alloquitur: Scias dulcissime fili, quia ami-
cus noster Adalbertus ambulat cum Spiritu sancto, & beatissimo fine
præsentem vitam erit terminaturus.

Item

Item fratri GAVDENTIO, quæ opere futura erant, nocturna
quies textis ambagibus dixit. Expergesfa^t ergo si vellet audire som-
num suum interrogat dilectum patrem. Respondente autem ipso,
Dic si quid habes,

Vide, inquit, in medio altaris calicem aureum, & hunc vino se-
miplementum, cultos vero eius nemo erat. Me itaque volente bibere
merum, opposuit se mihi minister altaris, & audacibus meis coepit
velut quadam imperiosa auctoritate contradixit, qui nec mihi nec ali-
cui hominum licentiam dare vellet pro eo, quod tibi in crastinum pro
mystica refactione fore seruatum.

Hæc eloquente fugit somnus ab oculis, & occupat trementia
membra torpor ingens. Deus, inquit, fili prosperet hunc visum: fal-
aci somnio neminem credere oportet.

Iam ex urgente purpureo die coepit iter agunt, & DAVIDICO
carmine viam sibi ad breuiant, & dulcis vita gaudium continuo ap-
pellant CHRISTVM. Inde nemora & feralia lustra linquentes, sole
ascendente ad meridiem, campestria loca adierunt. Ibi fratre GAV-
DENTIO MISSAM celebrante, sanctus ille monachus communicavit.
& post SACRAM COMMUNIONEM pro alleuando labore itineris pau-
xillum obsonij accepit. & dicto versu & sequenti Psalmo surgit de gra-
mineo cespite; & quantum iactus est lapidis vel missus sagitta pro-
gressus loco resedit.

Hic tum cepit eum somnus, & quia diutini itineris fessus erat,
pleno cornu perfudit eum soporifera quies. Ad ultimum pausanib[us]
cunctis affuit paganicus furor & irruerunt super eos impetu magno
& iecerunt omnes in vincula.

Sanctus vero AD ALBERTVS stans contra GAVDENTIVM & aliū
fratrem ligatū, Fratres, inquit, nolite cōtristari, scitis q[uod]a hæc patimur
pro nomine Domini, cuius virtus ultra omnes virtutes, pulchritudo
supra omnes decores, potentia inenarrabilis, pietas singularis. Quid
enim fortius, quid eo pulchrius? quād dulce est pro dulcissimo IESV
fundere vitam!

Profilit ex furibundo agmine igneus SIGGO, & totis viribus in-
gens iaculum mouens, tranfixit eius penetralia cordis. Ipse enim
Sacerdos idolorum, & dux coniuratae cohortis, velut ex debito prima
vulnera facit, deinde cōcurrunt omnes, & vulnera miscentes iram ex-
faturant.

Profluit purpureus sanguis per foramina utriusq[ue] lateris, ille
Yy oculis

354 De S. Cd. Pra. Ep. Mar. Pr. Boe. Pol. & Hung. Apo.
oculis ac manibus stat orans in cœlum. Exiit rubeus amnis diuite ve-
na, & extractæ hastæ septem ingentia vulnera pandunt.

Ille vincis solutis extendit manus in modum CRVCIS, & sup-
pliciter fuis precibus pro sua & persecutorum salute ad dominum
clamat.

Sic illa sancta anima carcere suo euolat, sic nobile corpus pro-
tenta CRVCE terram occupat, sic quoque multo sanguine vitam fun-
dens, beatis sedibus & semper charissimo tandem perfruitur Christo.
O sanctum & beatissimum virum, cuius in vultu angelicus splen-
dor, in corde semper Christus erat! O pium & omni honore dignissi-
mum, qui crucem, quam voluntate semper in animo, tunc etiam ma-
nibus & toto corpore complexus est!

Accurrunt vndique armis dira barbaries, & nondum expleto
furore auferunt corpori nobile caput, & separant exsanguia membra.
Corpus vero loco dimittentes, caput palo fixerunt, & leto clamore sua

scelerataudantes reuersi sunt vnuſquisq; ad proprias fedes.
47. Passus est autem sanctus & glorioſissimus Martyr Christi Adal-
bertus nono Calendas Maij imperante rerum Domino Ottone ter-
tio S. Adal-
berti vide
gue Baro,
fusè anno
997. &
Dubraui-
us lib. 6.
bif. Behe,

tio pio & clarissimo Cæſare, feria sexta, scilicet, ut qua die Dominus
Iesus Christus pro homine, eadem die homo ille pro Deo suo pate-
retur, cuius est misericordia in seculum, honor, laus

& imperium in secula seculorum,

Amen.

FINIS.



GUN-